

Alia Quæstio solvuntur.

XXVI. Q. Uæres primo: Quo tempore sufficienter fuerit promulgatum Evangelium; ita ut Legalia evaserint etiam mortifera?

Dico. Incerum esse: quia nullo Scripturæ, vel Patrum, vel traditionis testimonio niti possumus ad designandum certum tempus. Probabiliter tamen censent aliqui; destructo à Romanis Hierosolymitano Templo, quadragesimo circiter anno post Christi mortem, Legalia fuisse mortifera.

XXVII. Q. Uæres secundo: Quomodo fuerit promulgatum Evangelium non statim à Christi morte fuit mortifera, quia, ut ait Augustinus Epistol. 82. alias 19. ad Hieronymum capit. 2. Legalia sicut defuncta corpora necessarium officium ad faciendam erant quodammodo ad sepulcrum, nec simulata, sed religiose; non autem deservenda continuo, vel inimicorum obprobriationibus, tamquam carum mortibus, preterita. Et inferius: Non tamen ideo fuerunt tamquam diabolica Gentium sacrilegia fingenda, etiam cum ipsa gratia jam caperet revelari, que umbris talibus fuerat pronuntiata: sed permittebantur paulum eis maxime, qui ex illo populo, cui data sunt, converterent. Postea vero tamquam cum honore sepulta sunt, à Christianis omnibus irreparabiliter deservenda. Sed tunc maxime sepulta fuisse credi possunt: cum destructo Templo Hierosolymitano, juxta Danielis vaticinium capit. 9. cessavit Hostia, & Sacrificium offerri, ac Judæi undequoque dispersi Populum esse desierunt, sed reprobat, ac loquendo delecti; ergo credere par est, ab eo etiam tempore, et eorum legem fuisse reprobata.

Secundo. Quia promulgato jam latius Evangelio, opus non erat pro Judæis oeconomia ditionum.

Tertio. Quia dicitur Legatum observatio fuisse errori Cerinthi, & Ebionis contendendam, una cum Evangelio legem esse observandam; & insuper periculum erat, ne scandalo fuisse Gentibus ad fidem convertit tam diuturna legis observatio. Arbitrari enim fuisse, vel legem in Christo non fuisse impletam; vel ejus merita sufficientia non fuisse ad salutem, vel gratiæ mortuum esse.

XXVIII. Sed dices primo. Astatici Episcopi usque ad tempora Victoris Papæ, nimirum ad annum 178. celebrabant Pascha moro Judico, nempe, luna 14. mensis Martii: in quemque diem incidisset; ergo &c.

XXIX. Respondeo primo, proxim illam Astaticorum reprobata fuisse à Victore Papa; qui proinde eos excommunicare voluit, nisi S. Ireneus eum deterrisset, ut testatur Eusebius lib. 5. Hist. cap. 24. Secundo. Astatici ita se gerebant, non ut Legalia observarent; sed quia, & credebant, hoc esse ex Evangelii præcepto: & quia ipsi persuasum erat, hoc à prioribus Astaticis Episcopis, & ipso etiam Joanne Evangelista; qui eas Ecclesiis fundaverat, & rexerat observandum fuisse. Utramque hanc rationem obijcit olim Victorius Pape Polycastrum, data ad ipsum Epistola, quam Eusebius l. 5. Hist. cap. 23. describit.

XXX. Dices secundo. Tertullianus, in eunte tercio seculo, Gentiles exprobantes Christianis, quod in suis conventibus humanam carnem edent, ita constat in Apolog. cap. adverb. Gentem cap. 9. Erubescat error vester Christianis, qui ne animalium quidem sanguinem in epulis esculentibus habemus; qui propeperat quævis sanguinem, & mortuorum abstinent: ne quo modo sanguis contaminetur, vel infra viscera sepulto; ergo &c.

XXXI. Respondeo, Christianos illius temporis adhuc perseverasse in abstinentia à sanguine, & suffocato, non ex observantia legis Moisaicæ; sed ex vi consuetudinis, quæ apud eos invaluerat vi præcepti Ecclesiasticæ: quod ab Apostolis in primo Concilio Hierosolymitano Gentibus ad fidem conversis, ut supra diximus, impostum fuerat. De hoc præcepto Sanctus Augustinus lib. 32. contra Faustum capit. 13. in actibus (inquit) Apostolorum hac lego præceptum ab Apostolis, ut abstinerent Gentem tantum à fornicatione, & immolatis, & à sanguine; id est, ne quidquam ederent carnis, cujus sanguis non esset effusus. . . . At ubi Ecclesia Gentium talis effectus est, ut in ea nullus Israeliticus carnalis appareat, quis jam hoc Christianis observat; ut turbari, vel minores aviculari non ardeat, nisi quantum sanguis effusus est; aut leporem non edat, si manu à cervicibus percussus nullo cruento vulnere occisus est? Es qui forte pauci adhuc tangere ista formidant, à ceteris irridentur: ita omnium animos in hac re tenuit illa sententia veritatis, non quod inerat in os vestrum, vos estiguitate, sed quod vixit: nullam cibis naturam, quam scelerata admiserit humanam, sed quæ in se habet commisit, peccata condemnans. Hæc S. August. Quibus patet suo tempore abstinentiam à sanguine, & suffocato vix apud aliquos perseverasse. Conferantur hæc cum superius dictis n. 25. ex S. Thom.

XXXII. Quæres secundo: An etiam præcepta Judicialia veteris legis facta sint mortifera?

Respondet D. Thom. q. 104. art. 3. negative, nisi observaretur ex animo observandi legem Moisaicam; Præcepta (inquit) judicialia sunt quidem mortua, quia non habent vim obligandi, non tamen sunt mortifera. Quia si quis Princeps ordinaret in Regno suo illa judicialia observari, non peccaret: nisi forte hoc modo observaretur, aut observari mandarentur, tamquam habentia vim obligandi ex veteris legis institutione: talis enim intentio obligandi esse mortifera. Et hujus differentie ratio potest accipi ex præmissis. Dicitur enim, quod præcepta ceremonialia sunt figurata primo & per se, tamquam instituta principitè ad figuranda Christi mysteria in futura: & ideo ipsa observatio eorum præjudicatur fidei veritati; secundum quam consue-

tur, illa mysteria jam esse completa. Præcepta autem judicialia non sunt instituta ad figurandum, sed ad disponendum statum illius populi, qui ordinabatur ad Christum: & ideo mutato statu illius populi, Christo jam venienti, judicialia præcepta obligationem amiserunt. . . . Quia tamen hujusmodi judicialia præcepta non evanescunt ad figurandum, sed ad aliquid faciendum, ipsa eorum observatio absolute non præjudicatur fidei veritati: sed intentio observandi tamquam ex obligatione legis præjudicatur veritati fidei; quia per habereur, quod status populi ad hoc duraret, & quod Christus mundum venisset.

XXXIII. Ex his triplex observari potest discrimen præceptorum judicialium à ceremonialibus: Unum, quod ceremonialia directe ordinantur ad cultum Dei; judicialia ad justitiam cum proximo servandam. Alterum, quod ceremonialia primario fuerunt instituta ad figuranda mysteria Christi venturum; judicialia vero primario magis ordinantur ad agendum. Tertium, quod ceremonialia modo sunt mortua, & mortifera; judicialia vero sunt quidem mortua, sed in sensu explicito non sunt mortifera.

QUESTIO V.

De Lege Nova, seu Evangelica.

Legi Veteri fucecisset nova, tamquam umbra lux, & figure figuratum. Merito igitur Quæstioni de lege veteri succedere debet quæstio de lege nova, sicut notum fuisse diebus. Quare lex nova pluribus titulis illustrat et lege veteri: id est, dicitur nova, quia ratio eorum, que continet, homines renovat: per fidem enim, spem, & caritatem, que bona portio sunt nove legis, homines renovatur. Unde Paulus Rom. 3. eam passim vocat legem fidei, quia dat gratiam, cujus fundamentum est fides: & c. 8. v. 2. legem Spiritus vitæ, seu vivificantis. Dicitur etiam nova, quia est lex amoris; unde Christus Joann. 13. v. 34. Mandatum (inquit) novum do vobis, ut diligatis invicem. Unde S. August. lib. contra Adimantum cap. 17. ait: Hæc est brevissima, & aperissima differentia veteris Testamenti, timor, & amor: illud ad veterem, hoc ad novum hominem pertinet. Quod S. Paulus ad Rom. 8. v. 15. observat, dum ait: Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum; qui, ut idem dicit 2. ad Timoth. 1. 2. 7. est spiritus dilectionis.

Dicitur quoque lex Evangelica à voce Evangelium, quod rei prosperæ nunciacionem significat in genere. Hoc tamen inquit August. lib. 2. contra Faustum c. 2. Proprie, hoc vocabulum obtinuit. . . . annuuntiato Salvatore. Unde ibidem ostendit, omnes, qui Christum annuuntiantur, scripto non solum, sed voce etiam, nihil Scripturæ relinquente, Evangelistas vocari; & ita Act. 21. v. 8. Philippus diaconus Evangelistas dicitur. Unde Evangelii fide proprie accepti annuntiator primus fuit Angelus, deinde ipse Christus, postea ejus Apostoli, & Discipuli.

Dicitur quoque Testamentum novum: id est pactum, seu promissio, quæ Deus nobis promittit, ac dedit Salvatore, & per eum gratiam, & gloriam. De hac ergo lege nova, & Evangelica in præsentis Quæstione cum D. Thom. 1. 2. q. 106. & duabus sequentibus actri sumus.

DEBIVM I.

An Lex Evangelica habuerit Christum Auctorem, ac vere Legislatorem?

S. I.

Quid sentiant Hæretici.

I. Nostri temporis hæretici, qui, ut Quæst. præcedente vidimus, volunt, veteris Testamentum, ac legem abrogatam fuisse à Joanne Baptista; ad eodem volunt institutam fuisse novam, & novum Testamentum, ac Baptismum: Christum vero fuisse quidem Redemptorem, sed non vere Legislatorem; nec novam aliquam legem condidisse, sed solum à veteri non liberasse. Ita Lutherus lib. de libertate Christiana, ubi ait: Nullo opere, nulla lege homini Christiano opus est, cum per fidem sit liber ab omni lege. Quem errorem impudenter evulgavit Calvinus, dum exponens illud ad Galat. 4. v. 4. & 5. Misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, sic exclamavit: O miserabilem justitiam! O perniciosum errorem prædicationem Christiani novum Legislatorem! Quasi veterem legem abrogaverit, ut novam Christianis omnibus legem imponeret. Non fuit id Christi officium, sicut ipse dixit: Non misit Deus Filium suum in Mundum, ut judicaret Mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Et alio loco: Ego (inquit) non judico quemquam. Non habuit profecto Christus id operis, ac muneris, ut novam institueret legem; sed ut ab hominum cervicibus servitio illius legis jugum auferret. Hoc illud est, quæ Paulus clamat, Deum misisse Filium suum factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant redimeret: Nostri vero novitii Theologi alicui ad hoc consilio, pro Liberatore, Legislatorem, qui non in durissimo tradat servitium, sed suspensionem docent, Ita male feriatum hominem vestiam suam producit.

II. Thomæ autem Hobbes in suo Leviathan de Civitate Christiana cap. 42. Calvinum secutus, ait: Quoniam ergo Servator noster Regnum suum in hoc Mundo esse negavit, & non ad-

judicandum, sed ad salvandum Mundum venisse se affirmavit; non alius legibus non subjecit, quam legibus Civitatis, nempe, Judæis quidem legibus Moisaicis (ad quas non evadendas, sed adimplendas venisse se dicit, Matth. 5.) Gentem autem alia: Civitatum suarum legibus Civilibus: & genus humanum universum legibus naturalibus. Manifestum ergo est, Christum, & Apostolos ejus nullam novam legem, quæ non in hoc Mundo obligaret, sed novam tantum doctrinam acutisse, quæ ad Mundum venturum præpararetur: & proinde Testamentum novum, in quo doctrina illa continetur, quando non esset Princeps, & Legislator, qui observacionem ejus imperaret; non erat lex; sed ad prædicandos homines ad salutem consilium vocum, quod unusquisque acciperet, vel reciperet suo periculo potum sine injustitia. Quod subinde ostendit conatur, concludens: Testamentum ergo novum in his locis tantum est lex, in quibus ita a summa potestate civili facta est. Hæc est doctrina eorum, quæ Evangelice doctrine Reformatores venditant: doctrina ad impiam libertatem, imo ad Atheismum viam sternens.

S. II.

Catholica Veritas.

III. Dico primo: Joann. Baptista nullam instituit legem ad Christianos pertinentem. Nam neque ex Scripturis, neque ex traditione constat, neque aliunde eum ullam legem instituisse; sed solum predicasse poenitentiam, ut homines se disponerent ad suscipiendam gratiam per Christum. Quare superius ostendimus, legem novam habuisse quidam antiquum Joannem, non vero confirmationem. Inquit quidem Baptistam suum: sed Joannem Baptistam (quidam in contrarium obprobret Calvinus) ad Christianos non pertinet, sed erat tantum præparatio quadam ad Baptismum Christi, qui est Sacramentum novæ legis. De quo egimus in Tract. de Baptismo; & videri potest D. Thom. 3. q. 38. art. 1. ad 1. & art. 6. ubi docet, baptizatos à Joanne debuisse iterum baptizari Baptismo Christi.

IV. Dico secundo. Christus instituit novam legem ad Christianos pertinentem; ac proinde non solum Redemptor, sed & Legislator dicendus est. Hæc veritas ex utroque Testamento probatur. Primo ex veteri. Nam Jeremias 31. vers. 31. Erce dies veniunt, dicit Dominus; & feriam domui Israel, & domui Juda pactum suum. . . . Dabo legem meam in visceribus eorum, &c. Quæ D. Paulus ad Hebr. 8. & 10. de Christo, ejusque fœdere, ac lege interpretatur. Hæc 2. vers. 3. D. Sion exibe legem, & verbum Domini de Jerusalem. Quæ de Messia, fidei solum predicat gratiam per Christum. Quare cap. 33. v. 22. Dominus enim Juxta noster. Dominus Legislator noster, Dominus Rex noster, ipse salvabit nos. Quibus Messias dicitur non solum Salvator, sed etiam Legislator, & Rex, & Juxta.

Ex novo etiam Christus enim in eo passim de sua lege ac mandatis loquitur. Joann. 14. vers. 25. Mandata mea servate. Joann. 15. v. 10. Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea. Matth. 28. vers. 20. Docentes vos servare omnia, quecumque mandavi vobis. Paulus 1. Cor. 9. v. 21. Illis (inquit) qui sine lege erant (scilicet gentes) tamquam sine lege esse, cum sine lege dei non essent, sed in lege esse Christi. Probari etiam potest hoc discursu. Ad providentiam, & prudentem administrationem supremi Regis, ac summi Pontificis spectat leges condere, quibus, & Regnum pacate & ordinate ad debitum finem dirigatur, ac debitus Deo cultus impendatur: ac Christus est summus Ecclesiæ Pontifex, totiusque Mundi supremus Rex, dominatum habens præcipue in hominum mentes, & corda, ut eos ad Regnum æternum perducatur; ergo ad ipsum spectavit hæc.

Min. prob. Christum enim esse summum Pontificem testatur Paulus ad Hebr. 4. v. 14. Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetravit Calos, Jesum Filium Dei: & constat Psalm. 109. Qui totus est de Christo, ut ipsemet exposuit, Matth. 22. v. 44. in eo enim v. 4. dicitur: Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Christum etiam fuisse Regem, prædixit David Psalm. 2. ubi in persona Christi dixit v. 6. Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctam ejus; quod, & Angelus testatur est Luca 1. v. 32. dum Virgini Mariæ Incarnationem annuntians ait: Dabit illi Dominus Deus sedem David Patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum. Maj. etiam explicatur. Si enim, ut bene Synagoga regetur, dedit populo Israelitico legem veterem; eadem ratione, ut bene regetur Ecclesiæ, etiam ex Gentibus congregata, debuit Christus legem statuere. Quare Testamentum Lutheri, & Calvini errorem profertens Sess. 6. Can. 19. Si quis (inquit) dixerit, nihil præceptum esse in Evangelio præter fidem, cætera esse indifferencia, neque præcepta, neque prohibita, sed libera, aut decem præcepta nihil pertinere ad Christianos: anathema sit.

S. III.

Hæreticorum Fundamenta.

VI. Obijciunt primo. Qui sunt in novo Testamento, in hoc distinguuntur ab illis, qui erant in veteri, quod non sunt sub lege, sicut illi, sed sub gratia. Joann. 1. 27. Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Jesum Christum facta est; ergo Moyses fuit equidem Legislator, non autem Christus, qui solum gratiam, & justificationem nobis promeruit.

VII. Confirmant ex Apostolo Rom. 6. v. 14. Non estis sub

lege, sed sub gratia. Et Galat. 3. v. 18. Si spiritus ducimini, non estis sub lege: sed fideles sunt sub gratia, & spiritui ducuntur; ergo non sunt sub lege.

VIII. Respondeo, nego const. Et ad antecedens dico, ideo gratiam dici per Christum factam, legem vero datam per Moysen, non quod Christus Legislator non fuerit, sed quod non dederit legem, vel nos ad eam obligaverit nudam sine ulla gratia, qualem Moyses Judæis dederat: legem, inquam, quæ jubebat, non jubebat, minabatur, non optulabat; languores ostendebat, non sanabat, medicinam promittebat, ac figurabat, sed non præbebat. Porro Christus dedit nobis legem, sed simul gratiam, id est, legem præcipientem quæ faciendæ sunt, & subministrantem auxilia, quibus fit. Ita Sanctus Augustinus lib. 2. contra Advers. legis, & Proph. capit. 3. Lex igitur data est per Moysen, facta est autem gratia per Jesum Christum; cum per ejus spiritum charitate diffusa in cordibus nostris, sic, ut quod lex præcipit, impletur. Quod enim per litteram jubetur, non littera, sed spiritus impletur. Unde illud, quod scriptum est: Non concupiscis, per Moysen lex est; sed per Christum sit gratia, quando quod jubetur, impletur. Veritas autem facta est per Christum, propter illa, quæ in prophetia legis sunt promissa, quæ in Christo eminent reddita. Vide etiam S. Thom. in dictum cap. Joann. lect. 10.

IX. Ad Confirm. omnia conseq. dico cum S. Augustinus. Enarr. in Psalm. 1. aliud esse, hominem esse sub lege, & aliud esse in lege: sub legem (inquit) non est lex posita, ut dicit Augustinus, sed aliud est, esse in lege, aliud sub lege. Qui est in lege, secundum legem agit: qui est sub lege, secundum legem agit. Ille ergo liber est, iste servus. Deinde aliud est lex, quæ scribitur ab eo, qui non indiget littera, quæ merito conficitur, quia tamquam servus subiecti erant gentes, & terroribus legalibus. Nos sumus in lege, quia tamquam filii ex amore, & charitate vivimus secundum legem. Hoc sensu Paulus in Cor. 2. v. 21. negat, se esse sub lege, & affirmat, se esse in lege. Et idem August. lib. de Consuetudine cap. 3. explicans illud Apostoli: Non estis sub lege, sed sub gratia, sic habet: Non sumus sub lege bonam quidem jubente, non tamen dante; sed sumus sub gratia, quæ id, quod lex jubet, faciens nos amare, potest liberis imperare.

Ad id, quod additur ex Apostolo ad Galat. dicit idem August. lib. de Nat. & gratia cap. 57. Si spiritus ducimini, non adhuc estis sub lege; utique lege, quæ timorem incutit, non tribuit charitatem.

X. Obijciunt secundo 2. Cor. 3. v. 17. Ubi spiritus Domini, ibi libertas: id est, ab obligatione legis: fideles habent spiritum Domini; unde Rom. 8. v. 15. dicitur: Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum. Unde Galat. 5. v. 13. Vos enim in libertatem vocati estis. Et Jacobus 1. v. 25. legem novam vocat legem perfectam libertatis; ergo fideles ab omni lege sunt liberi.

XI. Respondeo, dist. major. Ab obligatione legis cogentis, terrentis, minantis, qualis erat Moisaicæ, conced. maior. ab obligatione jussumque legis etiam gratiæ, & amoris, nego major. Et hoc est, quod dicitur 1. ad Timoth. 2. vers. 9. Justa non est lex posita. Non quia justa illa lege non teneatur; sed quia sic ex amore virtutis operatur, ut etiam non esset lex, adhuc virtute operaretur, ad differentiam peccatoris, qui in vitia suerit, nisi minime legem coercerent; & hac ratione Judæis ad malum pronis fuit necessaria lex. Unde Augustinus citato lib. de Nat. & gratia cap. 17. Hæc est (inquit) lex libertatis, non servitutis, quia charitatis utique, non timoris: de qua & Jacobus Apostolus ait: Qui autem perpexerit in legem perfectam libertatis. Unde & ille (Paulus) non quidem jam lege Dei terretur ut servus, sed condolebat ei secundum interiorem hominem: videt tamen adhuc alienam legem in membris suis repugnantem legi mentis sue. Ita & hic: Si spiritus (inquit) ducimini, non adhuc estis sub lege: in quantum quisque spiritus ducitur, non est sub lege; quia in quantum condoleatur legi Dei, non est sub lege timore; quia timor servitutem habet, non dilectionem.

Libertas ergo Christiana non consistit in eo, quod solum liberi ab observantia mandatorum Dei; sed primo in libertate a servitute peccati, juxta illud Joann. 8. vers. 36. Si ergo vos Filii libertatis, vere liberi eritis. Et Rom. 6. vers. 18. Libertatis autem a peccato, servus facti estis justis. Secundo, in libertate a iugo legis ceremonialis, & judicialis Judæorum, ad Galat. 4. vers. 9. Quando iterum convertimini ad infirma, & æquæ alienæ, quibus deus servituti vultis? Tertio, quia obediunt legi non ex timore tantum servituti, sed ex amore tamquam filii: acceptum enim spiritum adoptionis, quo Deum invocamus non amplius tamquam judicem, sed tamquam Patrem, Rom. 8. vers. 15.

XII. Obijciunt citatus Hobbes. Servator noster mandatum dedit Apostolis solum, ut prædicarent Regnum Dei, ut rationes omnes docerent, & credentes baptizarent, ut ubi non reciperent, pulverem ejus civitatis pedibus suis occurrerent; sed non ut ignem de Calo ad destructionem eorum postularent, neque ut eos ad fidem gladio coererent: in quo nihil imperii, sed consilii tantum. Emisit illas fœces oute ab lipos, non sicut Reges ad subditos; non ut leges ferrent; sed ut legibus latis obediunt, & obediuntiam alios docerent: Regnum enim Christi non est in hoc Mundo. Non fuit ergo Legislator Christus, sed Redemptor, ac Doctor.

XIII. Respondeo, hoc discursu evinci solum, Christum non condidisse legem timoris, minis, & terroribus, ac præcipis temporalibus terribilibus; sed legem amoris, quam volentes, non invi-

Spiritus operatur iustitiam, & a pravariationis damnatione liberatur.

XIII. Alia differentia inter novam, & veterem legem est: quod vetus uni populo Judaeorum data fuit, eumque solum obligabat, ut superius ostensum est. At non data est universo generi humano, cui quovis tempore necessaria fuit ad salutem, Unde Christus Matth. 23. ver. 19. Apollolis ait: Euntes ergo docete omnes Gentes. Et Marci 16. ver. 15. & 16. Euntes in mundum universum predicantes Evangelium omni creature. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Ut enim ait Div. Petrus Act. 4. ver. 12. Non est in alio aliquo salus. Non enim aliud nomen est sub Caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. Unde etiam temporibus legis veteris multi sine ea salvati sunt: ac sine lege nova, ac sine in Christum nullus salvari potest, nec unquam potuit. Quare, ut dicebamus, omnes iusti etiam in veteri lege, ad legem novam per fidem perierunt.

XIV. Alie sunt differentie indicantes excellentiam legis novae supra veterem. Vetus enim praescripta fuit a Deo ministro Anglorum, Moyses promulgator: nova immediatum Auditorium, & promulgatorem habuit ipsum Filium Dei Jesum Christum. Vetus cum terrore in monte Sina fuit promulgata: nova evangelice cepit in die Pentecostes, quo Spiritus Sanctus, cuius characteristica proprietas amor est, in Apollolo-nordo cetera effundens, divino amore replevit. Hinc ubi iure vetus dicebatur jugum importabile (Act. 15. ver. 10.) iuxta potuit dicere Christus, Matth. 23. ver. 29, 30. discipulis suis: Tollite jugum meum super vos... Jugum enim meum suave est, & onus meum leve. Tandem lex nova excedit veterem, quod ubi ista eam observantibus promittebat tantum bona temporalia in praemium, iuxta illud Isaie 1. ver. 19. Si... audiveritis me, bona terra comeditis: illa promittit suis sectatoribus Regnum, & vitam aeternam. Unde Paulus, Hebr. 7. ver. 21. Melioris (inquit) Testamenti sponsor factus est Christus. Rationem autem assignans, ait ver. 25. Unde & Salvatore in perpetuum possit accedentes per semetipsum ad Deum.

D U B I U M IV.

De Dilatione Legis Novae.

S. I.

An lex Nova deberet dari ab initio Mundi.

I. Deo. Conveniens non fuit, ut lex nova, seu Evangelica daretur ab initio Mundi. Ita S. Thomas hac qu. 106. art. 2. Et probat triplici ratione. Prima: Quia lex nova principaliter consistit in gratia Spiritus Sancti in homines abundanter effusa: sed haec abundanter dari non debuit statim ab initio Mundi; ergo &c. Min. prob. Talis gratiae abundantia dari non debuit, antequam impedimentum peccati ab humano genere tolleretur, consummata redemptione per Christum: sed redemptio per Christum non debuit consummari ab initio Mundi: unde in Tractatu de Incarnatione dicitur, non debuisset ab initio Mundi Verbum incarnari: ergo &c. Major prob. ex illo Joann. 7. ver. 39. Nondum erat Spiritus datus (cum plenitudine nimirum, qualem decebat dari in statu legis novae) quia Jesus nondum erat glorificatus. Et hanc rationem manifeste assignat Apollolis ad Rom. 8. ver. 3. ubi, postquam praemisit de lege Spiritus vite, subiungit: Deus spiritum suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnavit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleverit in nobis.

II. Secunda ratio est. Quia non est consumtum, quod ali-quid adducatur ad perfectum statum a principio, sed quodam temporali successione ordine: sicut aliquis prius fit puer, & postea vir; prius est sub Pedagogo, postea in libertate filius. Ita Paulus, ad Galat. 3. ver. 24. & 25. Lex Pedagoga noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. At ubi unitis fides, iam non sumus sub Pedagogo. Quod late persequitur toto capite septimo.

III. Tertia ratio est. Lex nova est lex gratiae; ergo oportuit, ut homo sibi relictus in statu veteris legis, & in peccato cadendo suam infirmitatem agnosceret, recognosceret, se gratia indigeret. Quod etiam indicavit Apollolis Rom. 5. ver. 20. Lex autem subintravit, ut abundaret delictum. Ubi autem abundavit delictum, superabundavit & gratia.

IV. Sed dices primo. Ut ait Apollolis, Rom. 2. ver. 11. Non enim est personarum acceptio apud Deum: sed omnes homines peccaverunt, & egerunt gloria Dei, ut dicit idem, Rom. 3. ver. 23. ergo decuit, ut omnibus aequaliter subveniretur, & sic ab initio Mundi lex gratiae daretur.

V. Respondet D. Thom. hoc art. 3. ad 1. Quod humanum genus, propter peccatum primi Parentis, meruit privari auxilio gratiae. Et ideo quibuscumque non datur, hoc est ex iustitia, in lib. de Perfectis, iustitia cap. 4. & Epist. 107. Unde non est acceptio personarum apud Deum ex hoc, quod non omnibus a principio Mundi legem gratiae praeposuit, quia erat debito ordine praeparanda, ut dictum est.

VI. Dices secundo. In omnibus locis voluit Christus, praedicator Evangelium. Matth. ultimum, & Marci ultimo; cur ergo non debuit etiam praedicari in omnibus temporibus?

VII. Respondet D. Thom. ad 2. Rationem esse quia diversitas locorum non variat diversum statum humani generis, qui

variatur per temporis successiones. Et ideo omnibus locis praeparatur lex nova, non autem omnibus temporibus, licet tunc tempore fuerint aliqui ad novam Testamentum pertinentes, ut supra dictum est: nimirum qu. 106. art. 2. ad 3. ubi haec habet: Nullus unquam habuit gratiam Spiritus Sancti, nisi per fidem Christi explicitam vel implicitam. Per fidem autem Christi prae-ter hunc ad novum Testamentum. Unde quibuscumque fuit lex gratiae indita, secundum hoc ad novum Testamentum pertinere.

VIII. Ex his apparet, quod licet lex gratiae non fuerit totum Mundo promulgata ab initio, sed solum in medio tempo-ri Mundo promulgata ab initio, & quovis tempore in cor-dibus iustorum, per fidem Christi, qua sola, non per legem, iustificati fuerunt. Unde illud Apollolis 13. ver. 8. ubi de Chri-sto sub nomine agri dicitur: Qui occisus est ab origine Mundi, exponitur a D. Thom. in cap. 12. ad Hebr. lect. 4. idest: Oc-cisus praesens. Dum enim veterum Patriarcharum fide prae-vedebatur occidendum pro peccatis hominum, in cordibus eor-um quodammodo occidebantur, sicut occisus fuit in occisione Abel; & in omnibus victimis, quae figurae erant immolatio-nis Christi, dici poterat immolari, ut docet idem S. Thom. 3. par. qu. 83. art. 1.

IX. In hoc (praeter dicta superius) audiendus est S. Au-gustinus Epistol. nunc 102. olim 49. ad Deo Gratias Quist. 2. quae est de tempore Religionis Christianae, ubi ait: Itaque ab exordio generis humani quicumque in eum crediderunt, eumque utrumque intellexerunt, & secundum eius praeccepta pie & iuste vixerunt, quodlibet, & utiliter fuerint, per eum proci-dunt ad salutem facti sunt. Nec quia pro temporum varietate tunc factum annuntiat, quod tunc futurum praenuntiabitur; ideo siles ipsa variata, vel salus ista diversa est. Nec quia una, eademque res aliis, atque aliis Sacris, ac Sacramentis, vel praedicator, aut praeparator: ideo alius, atque alius, vel alius, atque alius salutaris oportet intelligi. Perinde illi, tunc no-minibus, & signis, alia autem nunc: & prius certatim, postea manifeste, & prius a paucioribus, postea a pluribus, ante rem-men eandemque Religio eorum significatur, ac celebratur. Et ibi-dem qu. 3. subiungit: Materiam quippe non Dei, non ipsius Re-gionis, sed Sacramentorum, & Sacramentorum impudenti nunc videtur praedicator, nisi fuerit ante praedicta. Quamquam enim unum idemque homo si mane Dei aliquid offerat, aliud of-ferat, vel pro congruentia diurni temporis, non Deum muta-tur, nec Religionem, sed nec saltem, qui alio modo mano, alio tempore salutat: ita in universis tractu saeculorum cum aliud obtinuit est ab antiquis sanctis, aliud ab eis, qui nunc sunt offerunt; non humana praesumptione, sed auctoritate divina tem-poribus congrua mysteria celebrantur, non Deus, aut Religio commutatur. Haec Augustinus: quibus non melius res praesens poterat explicari.

X. Dices adhuc tertio. Magis necessaria est homini salus aeterna, quam temporalis: sed Deus ab initio Mundi provi-dit homini ea, quae sunt sibi necessaria ad salutem corporis, quae est temporalis, omnia, creata esse potestati tradens Genes. 1. ergo lex nova, quae maxime ad salutem animae, quae est aeterna, necessaria est, magis debuit homini ab initio dari.

XI. Respondet Div. Thom. hoc art. 3. ad 3. Quod ea, quae pertinent ad salutem corporalem, deservit homini quantum ad naturam, quae non tollitur pro peccato. Sed ea, quae pertinent ad spirituales salutem, ordinantur ad gratiam, quae amittitur pro peccato. Et ideo non est sibi ratio de iustitia. Pro-visionem tamen fuit etiam ab initio Mundi facti spirituali ho-minum per fidem in Christum, quae poterat salvari, ut di-ctum est.

S. II.

An Lex Nova duratura sit usque ad finem Mundi?

XII. Montanus haereticus, circa annum Domini 173. eo temeritatis & arrogantiae devenit, ut, testibus Philaltrio Hares. 49. & S. Augustin. lib. de Hares. cap. 26. legem a Christo datam, suo seculo finitam esse doceret, & in eius locum se perfectorem foret, afferens, se esse Paracle-tum illum, quem Dominus suis Discipulis promiserat; quique eos doceretur esse omnes veritatem. Huic infanti adhuc Manetes, seu Manicheus, circa ann. Domini 273. ut refert S. August. laudato loco cap. 46. Cuius erroris fastidium evincit ex Luca ultimo ver. 49. ubi Christus Apollolis dicebat: Ex ego mitto praesens me in vos: vos autem sedetis in civitate, donec induamini vivitae ex alio: quam promissio-nem completam fuisse in ipsis Apollolis in die Pentecostes idem Lucas fere enarrat in Act. Apoll. cap. 2. ver. 4. & 5. & loque Praeterequam quod ex Joanne cap. 15. ver. 26. notum est, Paracletum a Christo praesens non esse quempiam mor-talem, sed Spiritum veritatis, qui a Patre procedit.

XIII. Mahometes vero omnium callidissimus, ut fuit Sectae auctoritorem concellare, afferit: tres ab exordio Mundi leges fuisse a Deo latas; nempe, Moisaicam, Evangelicam, fet Christianam, & Alcoranicam. Sicut autem adventu lege E-vangelica, cessavit, & abrogata fuit lex Moisaica: ita adven-tu lege Alcoranica, abrogata fuit lex Evangelica, quae iux-ta ipsum sexcentis folis annis duravit. Ita Mahometani om-nes. Ad quod detorquebat parabolum de operariis, qui Matth. 20. vocati fuerunt ad laborandum in vinea, & dicitur, quod primi vocati, qui laboraverunt in vinea, & dicitur, fuerunt cultores legis Moisaicae; quibus lapsatis, vocati fuerunt Chris-tiani, qui usque ad nonam operati sunt: tandem his quo-que defatigatis, profectores Alcoranici vocati sunt, qui labo-

ra-

aturi sunt ad vespertam, idest, usque ad finem saeculorum. Dum vero obijcerint eis Scripturarum loca, quibus lex Evangelica dicitur duratura usque ad finem Mundi; respon-dent, dictos scripturarum textus fuisse falsatos. His tamen dimissis.

XIV. Dico. Lex nova duratura est usque ad finem Mundi. Ita S. Thom. hac qu. 106. art. 4. Et probat primo ex verbis Angelus, Luca 1. ver. 21. de Christo dicens: Regnabit in Do-mo Jacob, idest in Ecclesia sua, in aeternum, & Regni eius non erit finis. Quod praedixit Daniel cap. 2. ver. 44. ubi somnium istatur, cuius pedes lateri una cum lateri contere-n-dum erant a lapide absulto de monte figura Christi, Nabucho-donosori exponens, ait: Suscipiat Deus Caeli Regnum, quod in aeternum non dissipabitur, & Regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem, & confuetur universa Regna haec: & ipsum stabit in aeternum, & consumet universa Regna haec: & ipsum homo (Christo) dicit, quod Antiquus dierum (Deus) Dedit ei potestatem, & honorem, & Regnum... potestas eius potestatis aeterna, quae non auferetur: & Regnum eius, quod non commutetur.

XV. Item Christus ipse, Matth. 28. ver. 20. mittens Apo-stolos ad docendum omnes gentes, ait: Ego ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi. Item A-pollolis 1. Cor. 11. ver. 26. Quiesciscamque (inquit) manda-cabitur hanc vineam, & calcem videri, morem Domini annun-tiabitur; donec veniat, idest, ipse Dominus ad iudicium in fi-ne Mundi: In quo datur intelligi (ait illic S. Thom. Lect. 6.) quod hic vicius Ecclesia non cessabit usque in finem Mundi. Et idem Paulus Hebr. 7. ver. 21. probat, Sacerdotium Christi esse aeternum, ex illis verbis, Psalmi 109. ver. 4. Juravit Do-minus, & non poenitebit eum; Tu es Sacerdos in aeternum. Un-de infert: Etsi autem (Christus) ea quae manent in aeternum, sempiternum habet Sacerdotium.

XVI. Neque dices. Etiam de lege veteri dictum legi, eam fore aeternam: & tamen hoc exposuimus supra, dicti aeternam, non quia sit semper, sed longo tempore duraturam; ergo si-militer &c.

Nam respondeo, diverso modo de lege nova, ac de veteri, quaedam esse durationem, loquitur Scriptura: non enim eam solum vocat aeternam, sed dicit, quod Regni eius non erit finis, non auferetur, non tradetur alteri. Sacerdotium Chri-sti dicitur aeternum cum juramento, cuius Deus non poeni-tebit eum. Deum est non delaturum, quod fecit, Unde S. Au-gustinus Qu. 124. in Exod. observans, quod de Sacerdotio Aaron dicitur quod Evid. 29. quod erit in sempiternum; sed non addidit Deus juramentum, cuius non poeni-tebit, sicut illud de Sacerdotio Christi secundum ordinem Mel-chisedech, ait: Etsi enim (in Sacerdotio Melchisedech) Es juravit, & nulla die poenitebit, quae significatur mutatio... De ordine autem Aaron dicitur quod quidem, in sempiternum, vel propter tempus non praecursum, quousque observaretur, vel quod res significaret aeterna: nullquam est tamen dicitur de Sacerdotio Aaron, qui juravit Dominus, & non poenitebit eum. Et ideo dicitur quod in illo Sacerdotio secundum ordinem Melchisedech, non poenitebit eum, ut significatur, quia de Sacerdotio Aaron poenitit eum, idest, mutavit illud.

XVII. Probat etiam discursu D. Thom. hoc art. 4. Ideo quis imaginari possit, legi Evangelicae succellarem aliam legem in hac vita; quia dari possit in statu viae lex perfectior lege Evangelica: sed non potest vir sapiens imaginari legem pro statu praesentis vitae perfectiorem lege Evangelica, quae est Min. probatur. Terno utrumque perfectius est, quanto est ultimo fini propinquius: sed non potest quis imaginari legem, quae in statu praesentis vitae perfectior cum Deo ultimo fine conjungat, in hac vita nova: haec enim confert gra-tiam, qua anima Deo conjungitur; & si nulla egerat purga-tionem, recte perducit eam ad conjunctionem perfectissimam, ac inseparabilem, & aeternam cum Deo per beatificam visio-nem; ergo &c.

Confirm. Lex nova exhibet Deo cultum adeo perfectum, ut perfectior in hac vita dari non possit; offert enim Deo in Sacrificium ipsum Dei Filium Deum.

XVIII. Dicit S. Thomas, non posse variari legem in aliam legem ipsa perfectiorum: ita ut sit expectandus alius status futurus in hac vita, in quo perfectior gratia Spiritus Sancti habeatur, quam haec habita fuerit; & maximo ab Apollolis, qui primus Spiritus accepit, idest, & tempore prius, & ceteris abundanter. Ceterum si haec dicitur eamdem legem, secundum quod homines diversimode se habent ad eandem legem, vel perfectius, vel minus perfecte; & sic quemadmodum status veteris legis frequenter fuit mutatus, cum quoadque leges opti-mae custodirentur, quoadque autem omnia praetermitterentur; sic etiam & status nova legis diversificatur secundum diversam loca, & tempora, & personas, in quantum gratia Spiritus Sancti perfectius, vel minus perfecte ab aliquibus habetur.

XIX. Sed dices primo. Ut Apollolis dicit 1. ad Cor. 13. ver. 10. Cum venerit quod perfectum est, quousque, quousque ex parte est: sed lex nova ex parte est, velte eodem Apollolis ibidem ver. 9. Ex parte enim consummatus, & ex parte prophe-tanus; ergo lex nova evacuauda est, alio perfectiori statu succedente.

XX. Respondens, dist. confes. Perfectiori statu succedente in alia vita, conc. confes. in praesenti vita, nego confes. Tripliciter (ait S. Thom. hoc art. 4. ad 1. ex huncum status. Trimus quidem veteris legis; secundus nova legis: tertius haec futurus, non in hac vita, sed in futura, scilicet in Pa-ria. Sed sicut primus status est figuratus, & imperfectus res-pondu status Evangelici: ita hic status est figuratus, & imperfectus

Sus respectu status Patrie, quo vivente iste status evacuauda; sicut dicitur 1. Cor. 13. ver. 12. Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem.

XXI. Dices secundo. Dominus Joann. 16. ver. 13. promisit discipulis suis in adventu Spiritus Sancti omnia quae cognoscit in statu novi Testamenti, ergo expectandus est alius status in quo per Spiritum Sanctum omnis veritas mani-festetur.

XXII. Hoc, ut observat S. Thom. hic ad 2. erat funda-mentum Montani, & Manichei, qui dicebant (ut supra) promissionem Christi de Spiritu Sancto dando non fuisse comple-tam in Apollolis; sed in eis: unde Manichei Magistram, suum Spiritum Paraclitum vocabant. Quia vero ex actibus Apollolatorum oppositum evidenter colligitur, utriusque istum librum rejiciebant. Sed ista veritates (inquit S. Doct.) excluduntur per hoc, quod dicitur Joann. 7. ver. 39. Nondum erat Spiritus datus, quia nondum Jesus erat glorificatus. Ex quo datur intelligi, quod statim glorificato Christo in Resurrex-tione, & Ascensione fuit Spiritus Sanctus datus. Et per hoc etiam excluditur quorundamque veterum, qui dicebant, esse expectandum aliud tempus Spiritus Sancti.

Advertit tamen, quod docuit Spiritus Sanctus Apollolis om-nem veritatem de his, quae pertinent ad necessitatem salutis, scilicet, de credendis, & de agendis; non tamen docuit eos de omnibus futuris eventibus: hoc enim ad eos non pertinebat, se-cundum illud Actuum 1. ver. 7. Non est vestrum nosse tempo-ra, vel monumenta, quae Pater posuit in te sua potentate.

XXIII. At iniquus pro Montanistis, & Manicheis. Datus fuit status proprius Patrie, scilicet status veteris legis, quo homines generationi vacabant: Datus fuit status proprius Fili-ii, nempe, legis novae, quo homines vacarent sapientiae, ergo dari debet status proprius Spiritus Sancti, in quo spiri-tuales vires perficiuntur.

XXIV. Respondens cum S. Thom. ad 3. neg. ant. Nam lex vetus fuit etiam Filii, qui in ea figurabatur. Et lex nova fuit etiam Spiritus Sancti, secundum illud, Rom. 8. ver. 2. Lex Spi-ritus vitis in Christo Jesu. Unde non est expectanda alia lex.

XXV. Dices tandem. Dominus dicit, Matth. 24. ver. 14. Praedictabitur hoc Evangelium Regni in universo Orbe... & tunc veniet consummatio: sed Evangelium Christi jamdiu praedica-tum est in universo Orbe, nec tamen adhuc venit consum-matio; ergo Evangelium Christi non est Evangelium Reg-ni, sed futurum est aliud Evangelium Spiritus Sancti, quasi alia lex.

XXVI. An temporibus Apollolatorum Evangelii praedictio fuerit facta in universo Orbe, ut supponit argumentum, dis-puratur etiam nunc. Partem enim affirmative videtur suffragari Scriptura. Marci enim ultimo ver. 20. dicitur: Illi autem praesens praedicatoribus ubique. Act. 1. ver. 8. Eritis mihi testes in Jerusalem, & in omni Judea, & Samaria, & usque ad ut-teram terram, Rom. 16. ver. 18. Paulus, ex Psal. 118. ver. 9. dicit: In omnem terram evicit sonus eorum, & in fines orbis verba eorum. Et ad Coloss. 1. ver. 6. de Evangelio scribit, quod in universo mundo est, & fructificat, & crescit.

XXVII. Augustini tamen sententia est, quod non quidem suo tempore, multo minus temporibus Apollolatorum, praedictum fuerit Evangelium omnibus omnino gentibus, Ita Epist. olim 80. modo 109. ad Hieronymum cap. 22. ubi Hieronymus oppositum sententia ait: Quod enim haec venerabilibus tua, jam haec scripsit Apollolis factum, non ita est certis documentis probat. Sunt enim apud nos, hoc est in Africa, barbarae innumerabiles gentes, quibus nondum est praedictum Evangelium, ex his, qui ducuntur inde captivi, & Romanorum servitio iam miserrunt, quoslibet nobis adducere in promptu est. Quod docet etiam Lib. de Nat. & Gratia cap. 2. & alibi. Immo nostris quoque tem-poribus multae barbarae gentes in dies deteguntur, apud quas nulla Evangelii, vel olim praedicti, memoria existit.

XXVIII. Ad auctoritates ergo Scripturae dici potest, vel eas non loqui cum distributione completa; ita ut per Apollolos ad omnes omnino universi Orbis gentes fuerit Evangelium praedictum: sed cum distributione incompleta; ita ut nulla fuerit Orbis praecipua pars; ad quam sonus vocis Evangelice apud aliquos non pervenerit. Vel cum S. Augustino citata Epist. ad Hieronymum, cap. 22. verba illa Apollolis dicta implenda fuisse, non per ipsos immediate, sed per Ecclesiam successi-vis temporibus. Non itaque (inquit) sicut dictum est Apollolis: Eritis mihi testes in Jerusalem, & in tota Judea, & Sa-maria, & usque in extremum terrae, eamquam ipsi soli & quibus tunc loquebatur, tantum munus fuerit impleturi. Sed sic-ut eis solis videtur distisse quod dixit: Ece vobiscum sum us-que in consummationem saeculi, quod tantum cum universo Ec-clesia promissio, quae ad illis morientibus, alio nascetur, hic usque in saeculi consummationem futura est, quae non intelligit, Sicca, etc. & illud ait, quod ad ea omnia non pertinet; & viderit haec omnia; scilicet, quia prope est in januis. Ad quae enim hoc pertinet, nisi ad nos, qui in caetera tunc erunt, cum omnia compleverunt? Quare magis illud, quod ex magna parte per eos agenda fuit, quoniam, & posteris eorum eadem alio servatur.

Quod autem dicit Apollolis... In omnem terram evicit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum: quoniam locutus est praesens temporis verbis; namque quod futurum fue-rat dixit, non quod jam factum, atque completum. Sicut ipse propheta, quo usum est testis, non ait: In omnem terram ex-vitus, sed exiit (inquit) sonus eorum, quod usque nondum factum erat. Ita S. Augustinus.

2. Lex in America?

XXIX. S. Thomis autem hoc... XIX. S. Thomis autem hoc...

QUESTIO VI.

De Lege Humana.

Post examen legis naturalis... Post examen legis naturalis...

DUBIUM I.

An in Homine sit potestas... An in Homine sit potestas...

S. I.

Referuntur Errores.

I. Circa tempora Nativitatis... I. Circa tempora Nativitatis...

II. Lutherus fideles ab omni... II. Lutherus fideles ab omni...

S. II.

Resolutiones Catholicae.

IV. Dico primo. Prælati... IV. Dico primo. Prælati...

V. Probatur prior pars... V. Probatur prior pars...

Potes Prælatos Ecclesie... Potes Prælatos Ecclesie...

VI. Si dicas, hæc solum... VI. Si dicas, hæc solum...

VII. Contra est. Potestas... VII. Contra est. Potestas...

VIII. Secunda vero pars... VIII. Secunda vero pars...

IX. Ad hæc calumniam... IX. Ad hæc calumniam...

X. Et merito: nam Christus... X. Et merito: nam Christus...

XI. Et merito: nam Christus... XI. Et merito: nam Christus...

XII. Et merito: nam Christus... XII. Et merito: nam Christus...

v. 11. Non haberes potestatem... v. 11. Non haberes potestatem...

XI. Dico secundo. Leges... XI. Dico secundo. Leges...

XII. Hanc veritatem docet... XII. Hanc veritatem docet...

S. III.

Respondetur Hæreticorum Objectiones...

XIII. Obijciunt primo... XIII. Obijciunt primo...

XIV. Respondendo ad id... XIV. Respondendo ad id...

XV. Respondendo ad id... XV. Respondendo ad id...

Quod vero addunt ex Matth... Quod vero addunt ex Matth...

XVI. Obijciunt secundo... XVI. Obijciunt secundo...

XVII. Respondendo... XVII. Respondendo...

XVIII. Respondendo... XVIII. Respondendo...

XIX. Ad Constitutum... XIX. Ad Constitutum...

XX. Obijciunt quarto... XX. Obijciunt quarto...

XXI. Respondendo... XXI. Respondendo...

XXII. Respondendo... XXII. Respondendo...

XXIII. Respondendo... XXIII. Respondendo...